



BIBLIOTECA  
COMUNALE  
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI  
DI TRENTO  
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE  
**CARITRO**  
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

ALESSANDRINI GIULIO, *Paedotrophia, sive de puerorum educatione, liber ab auctore recognitus. Eiusdem carmina aliquot alia*, Trento, Giovanni Battista e Giacomo Gelmini, 1586.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op g 6

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/60>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

C 1124

Misc T.S. d. 214

BIBLIOTECA  
COMUNALE  
TRENTO

G
2 -op
8
9

BIBLIOTECA COMUNALE  
TRENTO



*ex libris*



K 2431633

D 2431618

5tc1

T 0-op 9 6

I V L I I  
ALEXANDRINI  
PROTOPHYSICI  
CAESAREI

PÆDOTROPHIA, SIVE  
De Puerorum educatione,

*Liber ab auctore recognitus.*

*Eiusdem Carmina aliquot alia.*



TRIDENTI,

*Excudebant Ioan. Baptista, & Iacobus fratres de G. &  
minie de Sabbio, Anno Domini 1586.*



THE  
ALEXANDRIAN

PROTOPHYTES

PROTOPHYTES

The Puroton education

and as an

...



...

2

I V L I I  
A L E X A N D R I N I  
P Æ D O T R O P H I A

S I V E

De Puerorum educatione,  
Liber.

A D D I E G V M H V R T A D V M  
Mendotium.



**N**atorum via quæ teneros rectè educet annos,  
Prima mihi dicenda Dea: quæq; arte tuenda,  
Indiga opis nimium nostræ sit mollior ætas,  
Mendoti decus Hispanum, cui maxima rerum  
Inuictus tractanda dedit molimina Cæsar,  
Egregio partæ felix iam pacis honore,  
Itala qua gemino profert se littore tellus,  
Dum placido duras flectis moderamine mentes,  
Magnorum medius regum, & securæ quietis  
Munera, per Latium studiorumq; inuehis artes,  
Iam tibi se soli debere fatebitur omnis  
Musarum Phœbiq; chorus, quod læta fugatis  
Auspice te tandem, suscepit otia bellis,

A 2 P 0

IULII ALEXANDRI

Patatasq; colat nulla formidine terras,  
 Et damnosa suis effugerit artibus arma:  
 Siue Itala manus terra consistere, seu te  
 Magna aliò fortuna vocat, siue arduus altos  
 Per titulosq; gradusq; viam tibi ad æthera pandis,  
 Huc ades, & paulum positis ingentibus orsis,  
 Ipse mihi dexter iam nunc assiste canenti.

Optima cui Diuum dono natura tributa,  
 Quum primum abruptis maternam euaserit aluum,  
 Nexibus, & primis infans vagitibus auras  
 Impulerit, pauco iam tum mihi mollia tange  
 Membra sale, vt durata cutis, siccataq; solis,  
 Ventorumq; dehinc vires patiatur, & imbres:  
 Frigoribus neu sit, neu vlli obnoxia culpæ,  
 Plurima quæ nostræ officium incommoda vitæ.  
 Ante quidem molli matris defensa sub aluo,  
 Fotaq; visceribus fuerant, tum nescia cæli  
 Corpora: nunc varios possint vt ferre labores,  
 Ventosq; pluuiasq;, æstumq;, atq; obuia quæq;,  
 Tegmine egent multo, teneros ne infesta per artus  
 Frigora eant, latè correptaq; viscera tentent.

Nec taccam tamen hic monita inter vt id quoq; prime  
 Sit tibi, densa nimis cutis, aut ne rarior æquo,  
 Vtraq; accipiat culpa noxam, inuia succis  
 Densa nimis, neu rara nimis sit peruia damno,  
 Scilicet hac olim sub conditione ferenda  
 Per variam rerum faciem, ad contraria semper  
 Nascimur (immensus statuit sic Iuppiter) omnes.

Tum mollis teneros adstringat molliter artus  
 Fascia, componatq; simul, ne turpia sepe,  
 Et distorta ferat, neglecto hoc, corpora, sitq; id  
 Impediens operum, & misera ad ludibria vita.

Sunt qui continuo natos ad flumina portent,  
 Barbaricoq; artus ritu per frigora ducent.  
 Mos ferus ingenuo, & qui clavis artibus, infans  
 Nascitur, ille mihi tepida magis innatet vnda:  
 Udoremq; omnem, contractaq; sordida ponat.

Est alij nato primum prædulcia mellis  
 Pabula dant, modicoq; iubent dein lacte fouere,  
 Bisq; die id teruè admittunt, haud amplius. vnde  
 Tum tepida mandant lenis innatet, optima qua sit,  
 Et qua prima suo veniat de fonte, nec vllum  
 Sulphuris aut referat nitri insyncera saporem.

Nutrice, an matris melius de sanguine alatur,  
 Non dubitandum: eadem hic alimenta vt sentiat infans,  
 Quæ iam vtero: nihil his proprium magis. optima talem  
 Quæ peperit quoniam merito est natura putanda.  
 Contra multa manent nutricem incommoda, cuius  
 Corpora deformes referunt agrestia mores  
 Sæpius, vnde annos fingunt in pessima primos,  
 Quæ cum lacte ipso postquam semel ebibere infans  
 Cæperit, ab ne sint frustra mihi turpia nullis  
 Auxilijs vellenda, tenax quæ negligit error.

Quare agite ò teneros matres defendite partus,  
 Vberibusq; ipse vestris ne pignora vestra  
 Turpe putatore hinc aluisse, atq; hæc via vobis

IULII ALEXANDRINI

Sit potior. quòd si impediunt nonnulla, deinde  
 Altera nutricem tibi iam quæsisse probandam  
 Cura sit, ac certis vestigasse omnia signis.  
 Illa mihi ante alias placeat, cui certa salubris  
 Corporis indicia adfuerint, nec pingue, macrumque,  
 Nec nimium hoc. Aetas ea, quæ iam quinque; peregit,  
 Nondum octo numerat quinquennia. lactis abunde,  
 Cui magnum pectus, turgentiaque; vbera. quòd si  
 Ante erit haud multo prolem illa enixa virilem,  
 Hæc mihi sit puero nutrix: cui deinde negandi  
 Concubitus: sæpe attactus memini hos ego menses.  
 Famineos solitos protrudere, quo sapor omnis  
 Lactis abit: sæpe alterius primordia prolis  
 Hinc duci, sibi quæ largo de sanguine succum  
 Præcipiat, raptumque; ferat. quippe intus alendo  
 Degit, nativumque; trahens penetralibus altis  
 Ebibit humorem, quom vult, affixa, bibensque;  
 De radice sua assidue ceu vescitur arbor.  
 Ille cibi sentit vix quicquam: exuctaque; passus,  
 Vbera. iam labefacta gerit sine corpore membra,  
 Sæpe etiam turpes totum depascere achoras  
 Corpus, scædatamque; cutim, scædata videbis  
 Brachia, & insuet o pallentia crura colore:  
 Causa latet, sed tu mutata consule nato  
 Nutrice imprimis, lactis cui nulla repressi  
 Signa, nec apparet vitium spectantibus ullum.  
 Gustatum insolito quod sensu vellicet ora,  
 Offensas petat aut nares male odora facultas,

Cæruleoûe virore nota visantur, & ipsum  
 Tenue, tenaxûe nimis fuerit, quodûe vngue remissum  
 Sistat, perfectum seseq; rotundet in orbem.

Ceu quondam arentes pluuius cum Iuppiter agros,  
 Aut matutinus flores irrorat Eous,  
 Caule super clari speciem formantur in orbis,  
 Et pellucentes recreant violaria guttæ,

Hocq; potes certis facile deprehendere signis,  
 Sit tenue id crassumq; nimis, si forte requiras:  
 Nanq; recens mulso, vitreo dein vase coactò,  
 Magna seri superat si vis, heu quàm male fluxo  
 Lactè satur puer inde cibi persentiet usum.

Nec mihi densa tamen placeat natura, relictæ  
 Crassities partem quoties penè occupat omnem.  
 Ne victis alimenta meatibus, inq; peditis  
 Dura coqui valido stomachum lentore morentur,  
 Aut etiam nimium ne lactis alibilis usus.

Corpora præpingui tendat vitiatæ sagina.  
 Inter vtrunq; probo. quòd si tamen id quoq; iusto  
 Spissius (vt solitum est) offecerit, eia age lenti  
 Quicquid inest mulso primum refecator aceto,  
 Ventriculiq; ima vomitor de parte resectum.

Assiduo quin ipsa labore exercita nutrix  
 Tempore multum illo pituitæ absumpserit, vnde  
 Maxima suggeritur melioris copia lactis.  
 Et iuuat apposito crassum nutrime succum,  
 Interea secusse granis Thymbræq; Thymiq;  
 Edita præcipue qua misit & extera tellus:

IULII ALEXANDR.

Hyssopiq; coma : tum quæ natalibus herba  
 Clara suis minimè hunc radícula deneget vsus,  
 Quæq; suos ortus testantur origana vocè.

Contra autem fluido superant quum tenuia lacti  
 Excrementa, seri multo diluta liquore,  
 Suadeo opus magna nutrix ex parte remittat,  
 Cessatrix, dulci & perpotet defruta succo,  
 Mitiaq; adsumat laticis libamina, quæq;  
 Preserit apricis serus vindemitor vis.  
 Hoc quoq; ne casu bene pasti reijce lata  
 Terga suis, fluidum compescere nata cruorem.

At vero exuccum, priuimq; liquoribus vber  
 Defectumq; suis, multa instaurare potes vi.  
 Quanquam ò ne largi nimius medicaminis vsus  
 Paulatim inficiat damnati pabula lactis,  
 Ipse probem placido mage quæ mihi prædita succo.  
 Haud oberunt dementq; macris ieiunia membris:  
 Talis erit radix, sunt talia semina mollis  
 Fœniculi, cytisiq; simul bene nota potestas:  
 Longior his meritò rebus quæ destinat vsus:  
 Præsertim elixo ptisana si incocta cremore,  
 Largiter expansis desorptaq; lancibus omnes  
 Frigui (mora nulla) ferant alimenta per artus  
 Roris, inexhaustis tendantq; cæcalibus vber.

Sicut. vbi paruus fluuysq; & fontibus humor,  
 Suggestitur medijs sicci fernoribus anni.  
 S. pluat, effusis sitientes imbribus herba  
 Letantur, passimq; fluunt per gramina riuu,

P A E D O T R O P H I A .

Sollicitantq; nouo ripas vaga flumina cursu.  
 Credo equidem haud alio depasta gramine caprae  
 Vberibus Iouis educta incunabula quondam,  
 Maxima vbi herbarum Crete, nec vana creatrix,  
 Vestit odoratis plantisq; & floribus agros.  
 Quoq; magis largo decurrant sanguine riuus,  
 Inq; suum facile lac nutrimenta ferantur,  
 Mane diu perfricta iuuant, & vespere fricta  
 Pectoraq; scapulaeq; simul, thoraxq; manusq;.  
 Possum multa tibi hic lactanti noxia rite  
 Enumerare, nimis vulgo ni nota capebam:  
 Alliaq;, & Porri graue virus, & acre Sinapis  
 Vrentis semen, mitisq; salacia bulbi,  
 Et bulbosa simul tunicata gramina cepae,  
 Quaeq; olim Graij imprimis vetuere medentes,  
 Et procul amorunt Apij noua germina crispi.  
 Scilicet hoc Veneris stimulo succensa libido  
 Sanius incumbit, mentemq; insania mutat.  
 Quin & idem lactis largos succidere riuos,  
 Et pressam siccare vber solet, ipsaq; eodem  
 Salsa modo officiant, & acuta nux quoq; pinus,  
 Nempe procax, veteris dominae memor vsq; furoris.  
 Seruat adhuc longos arbor monumenta per annos.  
 Hanc olim rapidi Boreas vi turbinis altam  
 Praepositum sibi Dana dolens, coniecit in altos  
 Saxa per & rupes, dumetaq; confraga montis  
 Coniectam tellus gremio miserata recepit,  
 Inq; sinu fouit, syluisq; accedere iussit.

IULII ALEXANDRI

Iamq; arbor noua Pitys erat, iam corpore toto  
 Mutata induerat formam, tamen vna remansit  
 In teneras quæ tota nuces lasciuiâ cessit.  
 Has igitur, cumq; his Moschi quæ nomen odori  
 Naturamq; refert, vites, moneoq; proboq;.

Ille quidem nucula antiquis incognita quamuis,  
 Vsq; tamen summis alias quæ viribus omnes  
 Exuperet, quoties nocuum penetrabilibus hæsit  
 Altius ad viuum frigus: vel vbi humida succo  
 Viscera per totum penitus maduere profuso.  
 Præsertim si feminei fastidia forte  
 Incubuerent vteri, conuulsaq; membra pererrans  
 Parte dolor sistit varia, tum spiritus intus  
 Præclusus vix iam vitales concipit auras.

Unde noua hæc nostras inuiserit hospita terras  
 Nux primum, nostroq; recens se ostenderit orbi,  
 Si referam, nimium Mendoti, hac te quoq; longo  
 Parte morer sermone, tuis atq; vsibus obstem.  
 Terra quidem nobis eadem quæ Cinnamamittit,  
 Terra ferax Ebeni, & gratum spirantis Amomi,  
 Diues opum, diues variarum ab origine mercum,  
 Pertulit & magnos optata hos arboris vsus,  
 Unde etiam nostras inuictus odoribus vllis:  
 Resq; ignota diu Graijs, peruenit ad oras.  
 Tymbachi extremo Seniq; è littore Moschus:  
 Voce eadem vt Moschi Cayon, sic viribus iisdem.  
 Atq; huius diuersa tamen perhibetur origo.  
 Nam neq; succus is est stillans radicibus vllus,

P A E D O T R O P H I A .

6

Expressusue liquor folijs , collectus at imo  
 Quadrupedis sub ventre cruor , quum plurimus vrsis  
 Vere furor primo , tepesactisq; ossibus hæsit ,  
 Incola quem studio excipiat , multoq; repensum  
 Exhibeat , tum demum auro , fragrantia gentes  
 Scilicet haud paruo hæc fuerat didenda per omnes :  
 Imprimis ingrata olidi qua tædia flatus  
 Discutiantur , & in tennes acceptior auras  
 Exhalatus odor spiret , quod ni acribus inde  
 Tarda Venus stimulis inconcessisq; ageretur ,  
 Præcipua merito poterat iam dote probari .

Nec tamen his solum monitis parere iubebo ,  
 Sollicitator & id primum , præq; omnibus vnum ,  
 Angustas ne crassa vias alimenta retardent  
 Lactis , & obductis hæere tenacia venis  
 Assuescant , eademq; suo ne viscera flatu  
 Tensa nimis , tumido aut præcordia murmure vexent :  
 Quo sæpe arreptos subito conueller artus ,  
 Diuersosq; trahi vultus , atq; ora videbis ,  
 Freudentemq; modis miris spumescere rictum .

Usq; adeo assiduo pugnax almonia succo ,  
 Exuat ipsa licet faciem perpeßa priorem ,  
 Paulatim sese affecta in corpuscula large  
 Insinuat tamen , & varijs ea tempore formis  
 Vertit agens . Viden' vt teneri mollissimus agni  
 ( Si te fortè rei inuat experientia tantæ )  
 Vestitus , prædura abiens in vellera , late  
 Degeneret , pasti hirsuta distenta capellæ

8bera2

IULII ALEXANDRI

Ubera: contra hœdi crispis tenuissima setis  
 Corpora mollescant, onium tantum ubere sucto?  
 Sed neq; iam setis tortum discrimine paruo,  
 Vellus id est, quod & arte neant, netumq; magistri  
 Haud varijs dedignentur contexere lanis:  
 Quas etiam Milete seras, etiam Appula tellus,  
     Nec non & puero his nonnullos possumus annis,  
 Hoc etiam rectè concedere tempore motus.  
 Nam cunis agere hunc poteris, nutricis & vlnis  
 Huc illuc saepe vtiliter circum ipse feretur,  
 Sape leui infantisq; dato ad solatia curru  
 Exerce, cui parua etiam subiecta rotarum.  
 Aetati ingentes prabere volumina lusus  
 Versa solent tenera puer intus brachia pandit,  
 Lauibus his spondisq; adnixus sustinet, atq; huc,  
 Huc celer atq; illuc gradiens, perq; omnia versans  
 Dat gressus incompositos, & crebra ferendis  
 Omnia per pedibus paulatim assuescit eundo,  
 Officioq; suo fungi docet, vnde solutus  
 Sponte sua ignotoq; breui se credere passu  
 Audeat, & teneros iam per se exerceat artus.  
 Tu pedibus tamen ante diem puerilia niti  
 Corpora ne finito: saepe imprudentibus vnum,  
 Obsuit, inualidiq; & adhuc propè cerea nacli  
 Ossa pedes, nimiumq; graui sub pondere pressi  
 Exiliere loto, atq; oneri cessere grauati:  
 Cruua vnde in varias abeunt sinuata figuras:  
 Sape etiam introrsum spectantia nutuo sese

Genua terunt , atq; implicitos dant turpia gressus .

Nec minus & placidos animi tutabere mores ,  
 Defensosq; via hac teneros ingentibus annos  
 Seruavis rectè vitijs , quæ multa negatus  
 Ferre solet nimiusve labor : quare inter vtrunq;  
 Exercere sat est , nimio ne concita motu  
 Corpora si fuerint , bilem tenuata malignam  
 Experiantur , & in calidos labentia morbos  
 Criminibus dein sint , iræq; obnoxia turpi .  
 Sin nullo innatus motu calor excitus intus  
 Torpeat , infuētis detenta meatibus , inde  
 Tabentes cesset deferre alimenta per artus ,  
 Palloremq; ferat , varij & genus omne fluoris ,  
 Frigidaq; egelidus cruor in præcordia tendat :  
 Signior vnde animi neglectas occupat arces  
 Desidia , atq; ignaua solent pigrescere corda ,  
 Irq; vicem affectis vitium transmittere sæpe  
 Corporibus , solet hinc animus , male sanaq; totam  
 Mens secum vitæ trahere in discrimina molem .

Hoc metuens , pueri mores & tempora serua  
 Prima , malis defensa istis , vitiosaq; certa  
 Dede neci , & vitæ fuge blandimenta proterus .  
 Auditu procul esse iube , procul omnia visu  
 Turpia , quæq; animis incustodita latenter  
 Insinuant , tacite seseq; capacibus addunt ;  
 Perq; vias placido primum fallentia vultu  
 Descendunt alte latas : mentem vnde venena  
 Non iterum delenda malam infecere , diuq;

IULII ALEXANDRI

Crudescens longa vitium assuetudine vicit :  
 Quæ deinde incassum tentes , nec tollere possis ,  
 Quum semel effrenos rapuere tenacia mores ,  
 Victaq; cefferunt lasæ retinacula mentis .

Ut male quum domitus primum sternax feroxq;  
 Secum equitem trahit in præceps , ac frena recusans  
 Fertur equus , nullis actus per devia habenis .

Quumq; adeo cunctis in deteriora parata  
 Sit via , quæ lato pulsos in tartara calle  
 Seductosq; boni specie longè allicit , annis  
 Præcipuè natura sequax puerilibus , omne  
 In vitiumq; trahi facilis data , & in mala flecti  
 Cereæ , quæ nullum non dein mansura per æuum ,  
 Dedecorent miseram scelere infœlicia vitam .  
 Hinc mala quum læsi primum crudescere labes ,  
 Possessiq; animi cœpit , iamq; altius acta  
 Dira lues , capta victrix dominatur in arcu ,  
 In male defensos latis hostilia muros  
 Admisit subito , atq; vltro vocat agmina portis ,  
 Perq; oculos nauesq; simul , perq; ora , per aures ,  
 Noxia prorumpunt in apertas crimina sedes ,  
 Erroresq; , iræq; , malusq; libidine luxus .  
 Quodq; magis doleas , minus & fateare ferendum ,  
 Nos adèd nos hæc teneros in turpia sepe  
 Præcipites patres damus atq; impellimus annos .  
 Vidi ego iam cui prima inter cunabula nati  
 ( Tantum error spretiq; potest inscitia recti )  
 Iam tum ingens teneram instruere ad deformia linguam .

Cura erat, inq; homines pariter conuitia cunctos  
 Hinc facere, inq; deos polluto paruulus ore,  
 Et male moratam temerare libidine mentem,  
 Verbaq; cum factis miscere inhonesta prophanis.  
 Nec requies, nulla donec pietate parentes  
 Principio dictis terrere minacibus ipsos  
 Capit, & in miseros fanda atq; infanda precari.  
 Mox & in omne nefas, vitiumq; exarsit in omne,  
 Et potuit seuo latus ense haurire paternum.  
 Tunc semel effrenis corruptus luxus habenis,  
 Inq; sacros Musis quondam Phœboq; penates  
 Alea, & arguta meretricum hostiliter artes  
 Inuectæ late exitium stragemq; dederunt.  
 Quippe eadem patris hæc quondam introducta sub ipsis  
 Flagitia imperijs, eademq; exempla secutus  
 Rettulit, atq; omni tamen ante haud peruia culpa,  
 Criminibus late patuere hinc hostia cunctis.

Quod nisi & assidua vitia insectabere cura,  
 Et teneros flectes annos, & dum licet, omni  
 Componens animum studio, in meliusq; vocabis,  
 Ne seris posthac spera conuellere ab annis,  
 Aut turpes delere notas te posse, tenaci  
 Quas animo semel ante admissus inusserit error.

Hanc etiam sæpe ob causam diuturna videto  
 Ploratu puer assiduo ne tempora ducat,  
 Ilia neu longis singultibus interrumpat,  
 Vnde ferox captam sensim, iracundaq; mentem  
 Vis rapit, atq; altam turbat male sana quietem.

P A E D O T R O P H I A .

Nec fletus manifesta tamen neq; sola videtur  
 Causa rei, saepe exiguus latitansq; feroci  
 Dente pulex artus & cuspide fixit acuta,  
 Pollutoq; corys surrepens satidus ore  
 Vellicat, & duos acuens in corpore morsus  
 Exercet, saepe immunda fastidia sordis  
 Infestant, exestq; illotus corpora sudor:  
 Quae simul atq; alia ingenti specularere cura,  
 Si tibi sint nati studia haud postrema salutis.

Tempore nec longè hinc multo labor ingruit alter,  
 Haud minor, infesti gravidis quum rumpere tentant  
 Gingivis, atq; ora graui conuulsa dolore  
 Exacuunt dentes, tu pingui hos munere primum,  
 Cortisatis, molli & leporis lenire cerebro  
 Ne dubita, summum dein quum caput exerit, acres  
 Densq; ciet surgens stimulos, auidosq; coegit  
 Admotis puerum digitis insigere morsus,  
 Mella vnà, & pinguem lactis coniunge saporem,  
 Osq; foue iunctis. varia simul iudis hosc  
 Tersa ante haud multum, radix siccatur ad vsus.  
 Iamq; aliquis grata haec quasitum in munera pure  
 Coralium argento, fulubue infibulat auro,  
 Materiaq; lupi dentes includit eadem,  
 Donaq; suspendit puerili pendula collo,  
 Quae morsu puer vsq; premat, quibus ora fatiget,  
 Dens vnde attritus crebro citus exit, & alte  
 Defixum firmo protuberat ordine vallum.

Noxia sic etiam magnos animalia praestant,

Precipuosq; aquis natura legibus vsus :  
 Martius ipse ingens terror lupus armentorum  
 Parte sui haud minima uiuot , intestina labores  
 Pota graues soluant , medium quin tormina ventrem  
 Discruciant , aluumq; dolor ceu perforat altus ,  
 Et dislenta gemit tumido praecordia flatu .  
 Non aliter quam contorto transfossa terebro ,  
 Inde minutatim late sumantibus extis  
 Exemptum iecur exicant , ac peruia nulli  
 Per tabulata locant Phœbo , puroq; recondunt  
 Ter quater elotum rutilantis munere Bacchi .  
 Sanguifica hoc abiens saepe atq; amissa facultas ,  
 Aut vitata redit , reuocatq; exterrita vires .  
 Quid memorem gelidi concreta ut frigora caeli ,  
 Saenasq; exuuis hyemes Germania vitet ,  
 Huius, & hoc densos munimine ut arceat imbres ?  
 Aut ut vipeream medicus carnem excoquat vsus  
 Innumeras contra pestes , & tristia quaeq; :  
 Noxiaq; ut quondam nunc seinum animalia virus  
 Dediscant , latumq; negent oblita nocendi ,  
 Auxiliumq; ferant pulsis vitale venenis ?  
 Quippe Deum sator immensi quo tempore primum  
 Currere iter , quam nunc melius , fulgentia iussis  
 Astra , recens digesta poli , commissaq; nostri ,  
 Atq; rudis cessit Dijs cura minoribus orbis ,  
 Multa mali viguisse nihil per secula ducta ,  
 Credideim nuper melioris origine mundi  
 Semine ab aethereo , & mire concordibus astris ,  
B Effusa,

IULII ALEXANDR.

Effusa, vnde deum gremio bona, missaq; grato  
 Munere caelestium lacte dona aurea pacis,  
 Visaq; per vultu terras Astraea benigno,  
 Astraeq; soror, virtusq; , equumq; , bonumq; ,  
 Et sincera fides, & nescia fallere quenquam,  
 Simplicitas, & purus amor, pietasq; pudorq; ,  
 Omniaq; haec firmo retinens concordia nexu.  
 Tempore nec iam illo fraudi, scelevive, dolore,  
 Non locus insidijs ullus, sed vbi omnibus aqua  
 In commune datis lege, irrequietus habendi  
 Nullus amor, nec dum proprij vesana libido  
 Praecipites scelus in furiabilibus egerat ausis.  
 Cuncta videbantur claro descendere caelo,  
 Haud parca dederat iussu quae Parca Deorum,  
 Dona manu, verumq; serax non falsa bonarum.  
 Vlla nec aërios tractus tunc semina morbi  
 Infecere, luesve natantibus ingruit vlla,  
 Omnia perq; ipsas duxere animalia terras,  
 Intactos sine labe annos, serusq; senectam.  
 Non nisi longinqui sensit post tempora fati  
 Natus homo, semper membrorum atq; integer aui.  
 Sponte etiam foetu tellus quem maxima largo  
 Ediderat, victum facile decerpit inemptum,  
 Perpetuo vernans tellus, atq; vbera lata,  
 Mortali nondum cura irvitata procaci,  
 Aut hominum nimis imperium perpessa superbum,  
 Jussaq; , & exactum violento foenore pignus.  
 Scilicet his offensa malis, temerataq; verum

Fura dolens, scelus ac ritus pertesa nefandos,  
 Paulatim auertit rebus mentem horrida nostris,  
 Insidiasq; exosa truces, queis sepe petita,  
 Intima conuelli sensit præcordia motu:  
 Quærendis inhiant opibus pars maxima, postquam,  
 Et laceræ infodiunt rimanturq; abdita terræ.  
 Principio duro iussit quæsitæ labore  
 Pabula sollicitis hominum succrescere curis,  
 Et nimys modo frigoribus contracta geluq;  
 Sole modo & siccis exusta caloribus arua  
 Fallere depositæ male creditæ semina frugis.  
 Mox seruum effudit vitiatæ in gramina virus.  
 Nam primæ vitæ tantum auxilia nostræ,  
 Nullaq; non fuerant vitalibus oblita succis,  
 Multaq; magnarum iussit seruire ferarum  
 Agmina, vipereosq; haud lento vulnere morsus  
 Letales inferre ictus, passimq; per agros  
 Noxia digessit discrimine toxica nullo,  
 Fallere quæ incautos sepe indiscreta legentes,  
 Latalem & possent ferre improuisa soporem.  
 Atq; hæc iam rebus nostris inimica rependit,  
 Non dum illis tamen vsq; adeo in turpissima lapsis,  
 Forsitan & graue tempus erit, quom ferrea plusquam  
 Sæcula (Dy precor hoc rebus seruum adsit vt omen)  
 Conuulso in peius recident hinc cardine rerum,  
 Senuq; tunc nulla prorsus pietate nouerca.  
 Monstra feret tantum tellus, atq; atra venena.  
 Ipse etiam Sol conuersus (quis crederet vnquam?)

IVLII ALEXANDR.

Retro aget: atq; altas, qua nunc via nulla, quadrigas  
 Ducet in oppositum varijs ambagibus orbem,  
 Ac nostras lata obducet caligine terras:  
 Ast alijs nitidum ostendet inbar, aruaq; longa  
 Canicie inculta, & rigidis horrentia glebis,  
 Induct in varios sacundo semine fetus.  
 Sed nos interea tenui, pars proxima coepti  
 Quae superat nostri, Musa hinc exorsa sequamur.

Est etiam tenera imprimis etatula seuum,  
 Quo saepe afficitur, morbi genus, oscula putri  
 Ulcere sœda madent, varij maculosa colore  
 Quae succi haud vno inficiant, deterrima, saui,  
 Quaeq; serat neglecta citò discrimina leti,  
 Vlcus vbi crusta ceu tellum duruit, atra,  
 Est facies. Contusa malum rosa tusa, coercet  
 Myrtha, & Corycij mittunt quae munera colles  
 Lata Croci, duroq; leues de robore gallae,  
 Turaq; prædulci tum punica grata sapore,  
 Punica quae primo mala irremeabile gustu  
 Raptæ iter ad superos penè effecere maritæ,  
 Ipsa sibi partim quae sint satis, addita partim  
 Mella iuuent, dulci puero impositura sapore.

At scabra quoties femora intertrigine seruent.  
 Sparge rosa, arentiq; foue medicata Cypero,  
 Nec faciet non & quicquam cythereia Myrtus.

Illam autem, geminos pestis quae luminis vsus  
 Sincipitisq; trahit superam infestissima partem,  
 Decolor vnde artus macies rapit, ignea quippe

Aestuât.

Aestuans, accensoq; incumbit causa cerebro,  
 Tinctum oui tollit rubro, mersumq; subinde,  
 Tergeminumq; plicis linum, solemq; secuta  
 Nubila per folium, purum perq; athera planta,  
 Strychnaq; tabifici vires domitura doloris.

Interea at larga cerebri de sedibus aures  
 Sorde fluunt, latisq; sagax purgamina mittit,  
 Noxia queq; foras nativa canalibus acta.  
 Tu tantum siccare velis, sectumq; potenter  
 Virus odorato generosoq; elue Baccho,  
 Qualem hospes profert annoso Reticus auro,  
 Collibus aut Tremenus qualem transmittit apricis.  
 Tum madido bibulas superiniice vellere lanas,  
 Dilutum (vocon epotas, & mella merumq;.

Nec iam sollicitum (superest quae maxima) non te  
 Cura dehinc teneat, triplici discrimine fontes  
 Viscera quum morsu late rimantur acuto,  
 Putrentum, vermes, genus, & penetrabilis actio  
 Caeca lacessitis insigunt vulnera dentem,  
 Vulnificoq; cient non segniter extra dolore:  
 Continuo tantumq; mali, intestinaq; succo  
 Pulsa lues (tanta est discordia) cessit amaro.  
 Tu modo mellisui vna aliquid, quod fraude potentem.  
 Celet amarorem praebere, sed fraude salubri  
 Incertiq; refert certum glycypticum amoris:  
 Taurinoq; simul medium super illine ventris  
 Felle, Jouis quondam iussu Phœbeia qua post  
 Corpora scissa manus rumpentia reppulit extra.

IULII ALEXANDR.

Etta, & prob dolor, & sceleris noua crimina nostri,  
 Diuiduos nec parte dedit nec viribus aqvis,  
 Semihominesq; debinc terris errare notatos.

Sunt quoq; nequaquam hac nobis in parte tacenda,  
 Parua ea, & ex parua trans ad nos ueltra seripho,  
 Exigua, ingentes praesent quae saepius vsus,  
 Semina certa mali requies, tenuata sed ant  
 Igne remollescunt liquefacto sacchara, succo,  
 Tegmine quae paruo, & tenui circumdata crusta,  
 Ingratum occultent, latitat quicumq; saporem.  
 His & blanditias adhibent, multoq; iacentis  
 Auro onerant stratum, festis cunasq; corollis,  
 Tinnulaq; applausu quatiunt circum aera sonoro,  
 Et placidis varia admiscent festiuaq; diuicis,  
 Quales Luciola cecinit Iouiana nato  
 Naniolas albis Lisa insidiosa papillis.  
 Usq; adeo contra interdum stat nequiter etas.  
 Sed quid opus? caue Iopæan, iam vicimus, ipse  
 Ipse vltro sumpsit puer, atq; exoptulat vltro.  
 Inde autem magno tenues sese agmine fundunt  
 Ascarides, Vermisq; teres notissima pestis,  
 Quaeq; tulisse queat Colocynte semina credi:  
 Non iam semen erant, tractu sed plurima lato  
 ( Si qua fides visis ) praelonga hastilia saepe  
 Tinea quae vincat, quantis nec Noricus hostis  
 Armatur, nec pila gerunt maiora Cherusci  
 Ecce autem interdum cuncta inter lata repent  
 Plus solito vagire puer, multoq; labore

Frequētus agi, nec iam lenire potestas:  
 Carmina non cantata iuuant, non pulsa sonore  
 Tympana, non teneras ori inseruisse papillas:  
 Tum vero distorta dolore repente furenti  
 Ora trahi, lucisq; simul torquerier orbes,  
 Conuulsiq; rapi tensis ceu funibus artus,  
 Et spūnis agitata timere albetibus ora.

Ergo agite vnā omnes fesso quacūq; puello  
 Succurramus, & imprimis de sesamo oliuum  
 Jam membris adhibere calens, iam ducere corpus  
 Tempus, & hoc rigidos pingui simul oblinere artus,  
 Et virosa simul subitum depromere ad vsū.  
 Castorea, & nares, & inungere tempora Ruta.  
 Contra etiam si quid teneros malè fascinat annos,  
 Aut quicquid tale est, factura, & iam omnis abyssi  
 Visa procul, totoq; recessse è corpore noxa,  
 Impronisa redit: veluti sub nocte silenti  
 Quum ferus insidias arci molitur, & altis  
 Depulsus fremit à muris, rursusq; pererrans  
 Aggreditur, riosusq; fugit prædator abactus,  
 Talis euntis ea est morbi ac redeuntis imago.  
 Tu vero ne cessa vnquam, semperq; furentis  
 Quavi cūq; potes validis insultibus obsta:  
 Excubias age, & infestum preme sedulus hostem.  
 Auxilijs quod si hinc vti maioribus audes,  
 Nec quicquam terrene minus quo fortia tentes.  
 Iam vires Vulcane tuas arcessere tempus:  
 Ergo qua ceruix capiti committitur, & qua

IULII ALEXANDRI.

Exoriens sese nervorum pandit origo,  
 Hæc candens in parte chalybs, aut si liber aurum.  
 Imprimitur, procul hinc fratres, procul este parentes,  
 Aut si quem pietas prohibet, quo pressior vsq;  
 Arte manus docta locus vitur, ætæq; multo  
 Igne caua abscedat supposito particula ossæ,  
 Et nimis sic diffluos humoribus artus  
 Contabat ignea vis, solidæq; ita robore firmet.

Sunt quibus ipsa magis placeant, quæ mitia tantî  
 Paulatim causasq; mali viresq; retundant,  
 Atq; ita in hos multum sumunt medicaminis, vsus.  
 Quod grati imprimis Moschi de nomine fertur.  
 Nec solet huc tardi partem tostâ vngula aselli  
 Non magnam conferre satis, cui deinde virentes  
 Adyiciunt semper frangi facilesq; Smaragdos:  
 Candidaq; & rubro melius spectata colore,  
 Vtraq; viso autem durata corallia cælo,  
 Quiq; suis latus iam prodyt vnio conchis,  
 Huc & opem collata ferunt absinthia paruo  
 Semine non parvam, minima at de Cyclade dicta,  
 Siue ea Santonici seu miserit Appula tellus:  
 Queritur & Ruta tollat quod flamina semen:  
 Et capiti minimè nocitura Melanthia, quæq;  
 Vna malum sæpe est numero depellere sueta,  
 Pæonia, insignis seruatricis nominis ex re,  
 Semineq; & radice valens æque herba potenti,  
 Virgineaq; exculta manu Sampsuchus, & vsq;  
 Dictæa repetens mollis Dictamnus ab Ida,

Mof-

Moschusq; & Moschi Caryon, sed maior ut huius,  
 Alterius sic pensa minor pars additur: & quod,  
 Extremis mittunt Selachi de finibus Ambar.  
 Largior ast Onychis, tum cornu copia cerui  
 Coniicitur, tenui lima quod segmine crevit.  
 Hisq; diu mollis tunsis in pollinis usum,  
 Omnibus admiscetur, quo nil tenuius aurum,  
 Nil vnquam mira fuerit deductius arte,  
 Non liber arboreo late sub cortice cretus,  
 Niliaca philyra aut longe protenta papyri,  
 Non membrana vllos tenuis quae vestiat artus,  
 Non aliud, si quod solers interlinit usus.

Iamq; tribus puer ingressus natalibus annos,  
 Paulatim et aetatem profert, iam frangere primum  
 Dentibus acceptam discit primoribus escam,  
 Assuescitq; cibo, quem doctae saepe fouere  
 Nutrices prius ore solent, praemansaq; reddunt  
 Ore ori apposito iucundo pabula lusu,  
 Sive ita fracta minus teneros, confecta q; dentes  
 Esca ferit, seu natiuo medicata calore  
 Ocyus edomito, praebet nutrimenta succo.

Sape etiam pingui componunt corpus oliuo,  
 Nulla cibi grauis incumbit quum sarcina crudi,  
 Visceribus, folioq; iubent innare salubri  
 Dulcis aqua, vel cum calido circumfluit aer  
 Aestuat, & nocuo feruescunt sydere rura,  
 Corpora securi mandant nudata fluento,  
 Herbososq; lacus, & lucida stagna frequentant:

Sicubi

IULII ALEXANDRI

Sicubi fontani subter crescentibus undis  
 Eiaculantur aquas rivi, scatebrisq; solutæ  
 Friguis superant venæ, tellure remissus  
 Unde causas humor solitus complere lacunas.  
 Sic quoq; sponte sua morem hunc armenta secuta,  
 Fluminibus gaudent placidis, & læta per undas  
 Colludunt læte liquidas, mox corpora lotis  
 Sordibus, æstivo sub sole nitentia siccant.

At non is Scythiæ, diro qua frigore septa  
 Horridaq; & multum pulsata rigentibus auris,  
 Arua colunt, mos est, illic ante omnia sævo  
 Membra gelu, natosq; recens fluminalibus undis  
 Immersos fetus inq; æstum ac frigora durant.

Stridula candentis veluti quum lamina ferri,  
 Tincta lacu gemit, artificis quæ forcipe versa,  
 Sumit opem validam, gelidis & robur ab undis.  
 Quippe aliud genus hoc hominum deserta ferarum,  
 More inter facile qui vitam, & inhospita ducant,  
 Securi egelidi ferat inclementia cæli  
 Quas tempestates, densus ne in nubibus æt  
 Riphæis glacies ventis, & cana nivosis  
 Juppiter assidue pulset ferus arua pruinis.  
 Tanta cutis durata animo fiducia sedit.  
 Illic sæpe etiam solida concretus ad inum,  
 Oceanus (mirum) crusta, sulcataq; quondam,  
 æquora remigio, patulisq; natata carinis,  
 Plaustra ferunt, tractasq; rotas, vrisq; iugatis  
 Stridentes, magno ducunt sub pondere currus.

Nec

Nec minus immenso letam super aquore nacti  
 Planitiem, seuis quoties certamina Mauors  
 Suscitāt, infestis inter se praelia miscēt  
 Agminibus, latusq; equites fert campus aquarum.  
 Et ferrata cauo pulsat pontum vngula cornu,  
 Numina quem pelagi sonitum mirata, queruntur,  
 Hac quoq; confuso rerum parte ordine pactam,  
 Turbari antiquo naturæ fœdere legem.  
 Ergo hanc agricola incultus, magniq; colonus  
 Ruris agant vitam & duris densata ferendis  
 Frigoribusq; aestuq; cutis mesoribus apte  
 Conueniat, brutis fortasse animantibus vsus  
 Vnde sit ætæonū populisq; colentibus axem,  
 Rectius at quanto vitæ spiracula ad vsum,  
 Nec laxata nimis venientiūq; obuia noxæ,  
 Nec nocuos serues nimis impediētia succos,  
 Hoc dulcis facile solium vndæ, corporaq; vnâ  
 Augusta præstat specie spectentur vt aucta.

Quom vero studiorum animum ad præcepta capace  
 Formabis, ferulaq; manum iam subtrahet, ipsa  
 Hac ætate puer morem haud ita sepe lauandi  
 Rectius insidet, facili corpusq; palastra  
 Tum sat erit mouisse, cibus quàm vescitur ante.  
 Idq; modum supra haud facito, ne corporis ætus  
 Incrementa labor compeſcat longius equo.  
 Nec labor ætati huic nimius: nec bacchica primis  
 Munera conueniunt annis, nullum illa leuamen,  
 Et multum præstant noxæ, contra optima fontis

IULII ALEXANDR.

Vnda iuuat puri, sacro quem numine presens  
 Protegat, & noxa Nymphe tutetur ab omni,  
 Naiadum medicas aliqua artes docta, salubres  
 Lucida quæ potus. haustusq; ministrat aquarum.  
 Vestibulum Solis primos ea pandit ad ortus,  
 Auroraq; sinus venienti porrigit vltro  
 Lata suos, med. oq; occurrens excipit alueo:  
 Nec sinit immundo sordere cubilia cæno,  
 Obductasq; simo sedes, & inertibus vluis.  
 At teneros circum flores alit, intus aquarum.  
 Copia prædulcis, placido quæ exercita cursu  
 Profluit, & nitidos voluens terit vsq; lapillos,  
 Somniferosq; ciet tellure emissa susurros.

Talem Athesis rapidi propè lata fluenta, Tridenti  
 Ora bibit, sanctum cuncti quod numen aquarum.  
 Indigenæ vocitant. talis, maioris at vnda  
 Aluola, qua placidum, culta inter pingua, latè  
 Benacus caput at tollit pater, altaq; multo  
 Saxa per acta sono, venientis flumina Sarcæ,  
 Asspicit, & latis desessam amplectitur vlnis.

Sed neq; tam liquidis quasita è fontibus vnda,  
 Nec tam post habitus rectè baccheius humor:  
 Quàm iuuat effrenos domina ratione, iugales  
 Corripuisse, vagis nulla ex patientur habenis  
 Ne furor, aut gravis ira via, aut vesana libido,  
 Quæq; procax aluit capitis mala bellua multi,  
 Sive annos rebus reliquos formabit agendis,  
 Curæ sequens, seu Turcigenas armabit in hostes,

Membra

*Membra lacertosis, dura exudanda palastra,  
Sive alet, & validos explebit viribus artus,  
Seu vigilis potius tenuabit cura Minerva.*

*¶ Ecce bigis excelsa auriga regendis  
Sede sedet, franoq; iugum moderatur: & arte  
Ni regat, arrepto sine more per auiam curru  
Quippe ferantur equi, dominatoremq; citato  
Impete agant, via precipiti qua proxima lapsu  
Sese agit, & lato patet in Stygia tristis hiatu,*

*Unde mali iam nunc etiam diffusa per orbem  
Semina, pacatisq; insedit rebus Erinys,  
Anguicomumq; Megera caput tulit altius, ex quo  
Bellipotens renouat Mauors incudibus arma,  
Vinculaq; & nodos à tergo vicit ahenos,  
Ipsa vnà varios miscet Bellona tumultus,  
Fasq; nefasq; ciet, motumq; exterritat orbem  
Terror agens, ferus in medio deus, vndiq; verum  
Fundamenta quatit, stimulis Discordia cæcis  
Circum accensa fremit, Furiaq; , Iraq; , Minaq; ,  
Insidiaq; & torua tuens Violentia vultu,  
Raucaq; terrificis sonuerunt classica bombis,  
Et trepida occinuit ferale insania cæmen,  
Maxima quo concussa gemit sonitu, aëtaq; tellus  
Qua patet, occiduas Phæbi nascentis ad oras,  
Limes & à medio tardum petit axe Booten,  
Extemplo iam pax abiit, iam Martius ardor  
Cuncta tenet, ruit extremo de litore Iberus,  
Assidua miles iam belli exercitus arte,*

IULII ALEXANDR.

Celsaq; nubifera perfringit claustra Pyrenes:  
 Parte alia ingentes fert dira in praelia vires  
 Ipsa ingens, belloq; minax stat Gallia contra  
 Pradurion suffulta latus: simul Itala Caesar,  
 Armamouens, gelidos traducit ad vsq; Triones,  
 Interea latis sequitur Germanica pubes  
 Bello excita agris, trifluiuq; vna accola Rheni,  
 Et quos extremi Morinos salis alluit vnda,  
 Jamq; iugi patiens Teuc̄thrus mixtiq; Sicambri,  
 Vsipetesq; Vbyq; alioq; ex orbe Britanni,  
 Undiq; turbato violenter fœdere, reges  
 Inter se infestis gaudent concurrere signis.  
 Ergo nouo rursus madefiet sanguine tellus,  
 Quadrupedumq; effossa bibet socium vngue cruorem.  
 Scilicet huc furor, huc vltlices verberare dira  
 Pracipites agitant gentes, scuitq; flagello  
 Tisiphone in medijs: Quo vos, quo cæcus adegit  
 Mutua, cædis amor, versos in vulnera tandem?  
 Quin potius iunctis simul hinc concordibus armis,  
 Itis eò latè à tergo, qua Martius anguis  
 Cuncta agit, & tumidus consurgit quantus Orion.  
 Ille quidem nigro suffusus membra veneno  
 Cristatum caput ecce tulit, victorq; superbit,  
 Littoribusq; adnans circum perq; omnibus, Istri  
 Nititur vndiuagi fontem superare sonantem,  
 Et iam iamq; tenet, totaq; adlabitur aluo.  
 Hunc nisi sacratis non est compescere signis.  
 Fœlix depulsi, fœlix quem tanta pericli

Fama, triumphatq; manet noua gloria monstri.

Dij, quorum sacris festas solennibus aras  
Instruimus lati, celebresq; nouamus honores,  
Dij patrij prohibete nefas, castaq; verendum,  
Religione maliam, & terrorum auertite tantum,  
In Lelegasq; , Scythasq; , inimicaq; nomina Thracas,  
Baetra ultra, Gangemq; ultra, Tanaimq; Tigrimq;  
Frarum satis, ò scelerisq; , necisq; , superq; est.  
Sanctum inter se satis, & periuria multa  
Jam pridem luimus, commissaq; crimina cæde.  
Vidimus insolitasq; hyemes, insuetaq; cæli  
Frigora, desertosq; suis male frugibus agros,  
Mæniaq; ingenti terræ labentia motu,  
Et fuis solito grauiora tonitrua nimbis.  
Prodigiosa diu tulimus, morbosq; , fænemq;  
Diram, insultantisq; minas Mauortis inulti,  
Et tanta exhaustos per totq; pericula casus.

F I N I S .



NATALIS DIES MAXIMILIANI  
SECUNDI IMPERATORIS.

**N**atalis redit ecce dies, rediere calendæ,  
Augusti lux prima, satus qua Maximus, annos  
Ante quater denos auram primum Æmilianus  
Viralem auspicijs ingentibus hausit, vt esset  
Augusto augurio, Augustissimus Augustorum,  
Quippè olim augurijs Augustis condita Roma est,  
Aucta dein creuit felix belliq;, domiq;  
Nec pietate minus, quàm Martis robore felix,  
Iustitia, atq; armis, & Religione Deorum,  
Rerum facta potens late, terraq; mariq;.

Non secus Austriadum Romana à stirpe propago  
Fortibus increuit factis, cultuq; Deorum  
Bellica nec minus his, circumdat Tempora Laurus,  
Quàm caput exornet tonsæ decor altus oliuæ,  
Nunc etiam pacis, belli simul artibus auctum,  
Augustumq; tulit Nomen MAXÆMILIANVS,  
Augusto Augustus clarus patre, patruo & Augusto  
Augustis Proauis, Abauis, Atauis, Tritauisq;,  
Auctus io, Augurio hoc, Rerum is status augeat vsq;  
Auctus io, procedat io, nec temporis vlla  
Finem meta serat, vigeatq; in secula Nomen,  
Augeatq; diu florens, neq; desinat vnquam.



GENETHLIACVM ARCHIDVCIS  
ERNESTI.

**I**Amq; dies aderat, leto qua menstrua vultu  
Luna suum nouies expleta retexerat orbem,  
Aurea purpureis percurrens sidera, bigis,  
Iustaq; maturi properant dum tempora, factus,  
Integras largitur opes, tum cuncta superne  
Aspectu radiant concorditer astra benigno,  
Sponte fauens venit ecce sua, Lucina, volensq;  
Diua laboriferi minuit fastidia partus,


Nec minus & circum succincta in veste, ministra  
Sedula, sollicita peragunt ope, munia, nympha,  
Liseq; protoq; , phersaq; , dinamineq; ,  
Dexamineq; , atq; Amphidrome atq; inclyta Agane,

Ecce autem puer, ecce puer, iam vagyt, eia,  
Vagyt, & nostra hac cessere haud irrita vota,  
Ipsa simul partu sospes Regina leuata est,  
Insignemq; simul felix enixa puellum,  
Iam non vltorius questus, meminitve dolorum.

Salue clarè puer, nobis claro edite caelo,  
Salue iterum longe terris accepta, poloq;  
Progenies, magni ò rediuiua parentis imago,  
Vsq; ab auis, proauisq; simul Rex Regibus ortu

Longaq; Casarei numerans fastigia cultus,  
 Auspice quo passim bellis reditura fugatis  
 Auea speramus toto iam secula mundo  
 Tu modo matura, sume incrementa iuuenta.  
 Et cape venturis iustum cito robur ab annis.  
 Inde tuum late nomen sparsure per orbem.  
 Infidiq; minas Turcæ, Autmeticaq; arcto  
 Colla iugo, vinculisq; simul domiture catenis.  
 Ante impune diu marti insultantia nostro,  
 Sed vos iam lætis inducite tempora fertis,  
 Festus io, sanctusq; simul, celebrate canentes,  
 Iste dies natalis adest, date Lilia nympha  
 Candida, candidulus vincit data lilia natus,  
 Pu pureas mihi ferte rosas, rosa vincitur, vna  
 Candida mixta rosis, contextite lilia, rubris,  
 Hic, hic natiuus color est, ea gratia nati,  
 Qualia lacteolo si fortè corallia, succo  
 Rubra quis, aut latè splendens infecerit ostrum,  
 Tu quoq; tam clara letare puerpera prole,  
 Tadiq; atq; vteri hinc onus obliuiscere longum,  
 Ipse autem sua iam poscit cunabula, natus,  
 Et strophia, atq; auro distincta crepundia multo.  
 Nec, nisi gemmatis cunis, stratisq; cubare  
 Dignatur, memor ipse sui, benè, regius infans,  
 Rege ortus, regesq; olim geniturus, in auum.  
 Regia dum crescat longum traducta propago,  
 Seclaq; vix serò possint meminisse nepotes,  
 At tu blandientis nato iam porrige mammæ,

Sedula fasciis compone & mollibus artus,  
 Felix ò tantus, nutrix, quam lacteat, infans,  
 Cuius & ex gremio crescens adolescat Alumnus,  
 Grandia qui veteris cum nomine, facta parentis  
 Ernesti, referatq; domus insignia cunctæ  
 Vnus, & Austriacæ captus telluris amore  
 Exuvijs, spolysq; hostilibus impleat omnem,  
 Ac tandem multis firmata pace triumphis,  
 Tempora securo peragat felicia: vitæ.



AD ANTONIVM CROTAM  
Canonicum Tridentinum, &  
Poetam insignem.

M<sup>V</sup>sarum admirans nuper noua munera, legi  
Carmina, Quæ, gelidi viget inclementia cæli,  
Et rigidis horrescit hyems dum saua pruinis,  
Frigora per, densumq; gelu miserantur euntem,  
Me, qui debueram reliquum quod Fata dedissent,  
Annorum, post tot vitæq; viæq; labores  
Consumpsisse domi, iam vitæ plenus, & actæ  
Tempora turbidius, dulci mutasse quiete.

Verum eadem hæc non Fata sinunt, certumq; manèdi,  
Compositumq; animi subito nouus excitat vsq;  
Nuntius, & veterum cogit meminisse laborum.

Ut tardus placido deiectus membra sopore,  
Dum sefos multo ante diu componit asellus,  
Vixq; satiscentes artus ex parte refecit,  
Improuisus adest pigrum qui suscitet, ille  
Membra prius pandensq; cutim, sese erigit, & mox  
Inustum iussus fert pondus sepe, magis quam  
Ferre queant vires, ego non, si comparer isti  
Dissimilis prorsus videar, doctissime Crotta  
Anxia me per lustra nouem dum cura medendi  
Sollicitat, pessumq; dedit belliq; domiq;

At te vna medici, ac vatis quam munus vtrumq;  
Præstare egregie posses, minimoq; labore,  
Artis Apollineæ decora alta capefcere, iussit

Calliope tractare modos, quibus inclyta toti  
 Fama Ducum late volitans notescet orbi,  
 Nondum oblita manet victi quos gloria *Troica*,  
*Austriadum* vel quum ad viuum spirantia signa  
 Carminibus decoras multis, propiumq; cuiq;  
 Atq; suum tribuis, doctis insigne carmenis,  
 Seu quodcunq; cupis quocunq; tempore cultum  
 Excudisse genus numeri, tibi cuncta noueni  
 Sacra patent manifesta chori, tibi seruit *Apollo*,  
 Larq; *Pegasei* prabet libamina fontis,

Mox etiam superum templa, & caelestia regna,  
 Christicolis promissa, nouis video esse canenda  
 Carminibus tibi, queis valeas ingentia caeli  
*Mœnia* sanctorumq; domos, sedesq; virorum,  
*Virgineumq;* chorum, *Matres*, cœtusq; beatos  
 Dicere, promeritos caelum, magnoq; sonandos  
 Ore, ac perpetuo laudandos carmine, quod tu  
 Condideris, solenne decus, quum sacra, diesq;  
*Calituum* longo celebrabimus ordine festos,  
*Sanctaq;* cingemus viridanti *altaria* fronde.





AD REMIRVM GUSMANVM  
Adolentem Hispaniam Nobilem

ELEGIA,

Ensculus Aucupatorius dono datus;

Seria ne Remire, ac tam saepe volumina, verses,  
Hoc, quo discendi tempore cessat, onus:  
Fervida dum proprij, Sol permeat astra, Leonis,  
Aruaq; torrenti findit Hiulca, face;  
Nunc (moneo) summo manè expaciere, prius, quam  
Phœbus, anhelantes urgeat altus, equos:  
Limite nam medius, quum iam distabit, utroq;  
Et summa, excelsi fulserit arce, poli  
Ipse domi, ad teneros poteris divertere, lusus,  
Scilicet, & studium seposuisse graue:  
Non aliud volet, ipsam hoc quam, scio, Tetricus et si,  
Stoica, discipulo iussa det usque, suo,  
Ille tuus verè phoenix Iacobus, alumni  
Anxius, assidue, sollicitusq; sui:  
Non tamen hoc anni aduerso tam tempore, nolet,  
Ut potior studijs, sit tibi cura tui:  
Ergo, ubi sol caelo rursus descendet ab alto,  
Ocearum fessis mox subiturus, equis:

Et leuis, arguto spirauerit aura, volatu,  
 Qua aer, qua tellus, qua recreantur aquae:  
 Ipse etiam haud male tum, sumpto exercebere, folle,  
 Adlubeat parua, ludere siue pila:  
 Siue, foris magis arisit, recreere licebit  
 Non minus urbem extra, sic quoq; mille modis:  
 Quanquam, ò ne nimium labor incitus, actus & ultra  
 Debita, rerum harum, tempora, tendat amor:  
 Corruptos tentetq; artus, & membra fatiscant,  
 Et tota, è toto corpore, vis abeat:  
 Tutius muises varia, haud procul vrbe, vireta,  
 Siue, eò eques tentes pergere, siue pedes,  
 At mage equus placeat, sed non successor, & alte  
 Ilia qui, elumbi fracta labore, premat:  
 Hoc melius, tensis cui calculus haeserit alte  
 Renibus, excussus disijcietur, equo:  
 Est, Remire, vt possis mitem (dys gratia) mannum,  
 De multis aliquem, seligere ipse tibi,  
 Non bigae, non Rheda tibi, non isbeda defunt,  
 Et, quicquid solita est, inclyta ferre domus:  
 Seu lepores, seu tu timidos venabere damas,  
 Tempora seu cnpes contere e auupio,  
 Ipse reges facile solium, placido ore, ingalem,  
 Vt melius quo, te vertere, cunq; queas:  
 Te tuus expansis comitabitur aialus alis  
 Maior quam par sit credere, terror anis,  
 Casside qua insignis, cantuq; hostilia vitat,  
 Visa modo (tantus sit pauor) ora feri:

Ac nostri sit præda, hostis ne prædā rapacis,  
Fiat, & iniecti vim patitur laquei:  
Hanc igitur visus perterreat Aesalus, at quem,  
Nata olim mala fraus, iraq; fecit auem,  
Maiores secleretur aues, valido impete, Nisus,  
Impleat ut lances hæc mage turba tuas,  
Huc veniat perdixq; salax, huc pinguior ortyx,  
Cuiq; dedit primum nomina, phasis, aui,  
Quæq; nisi ionica, hoc nostro vult carmine, dici,  
Sæpe alijs, quamuis plurima visa, locis;  
Sed neque passeribus, non est sua gratia, paruis,  
Capturæ minor, quo capiare, decor:  
Fallere quos visco, simulata & voce, solemus  
Inq; unum ostensa, cogere noctis, aui:  
Hic frondes, & densa inter virgulta latebis,  
Turba frequens circum, diu glomerata, coit  
Frondosaq; aliquos abscindes arbore ramos,  
Corpus ab inductis, omne tegare, quibus:  
Hæc tibi falcatum hunc, in munera, mittimus ensen,  
Mi quoq; tum puero qui, utilis ante fuit;  
Vtilis, & miris semper successibus aptus:  
Capta mihi, quo sunt millia multa animum:  
Sive ita fors tulerit, seu qua mercede parabam,  
Quicquid ab hoc, nunquam non bene cessit, opus:  
Hoc tibi idem precor, ut semper contingat, onustus.  
Præda omni, ut dossis sæpe redire domum:  
Rursus victa dies, nocti dum cadat iniquæ,  
Sol breuiusq; imo hinc Aethere vertat iter:

Tum

Tum tibi, tum cura, adq; omni pensanda labore,  
Tempora, quæ Studijs dempseris ante tuis:  
Nec minus, illustris seruanda his artibus, annis,  
Iamq; vigens multis, inclyta fama domus:  
Quæ dictis factisq; potens, nec laudis egena,  
Atq; domi, atq; foris, præmia digna tulit:  
Hanc vt sustineas, spes quæ te incumbit in vnum,  
Sustineas opus est, multa, serasq; diu.

AD BENEDICTVM LAMPRIDIVM

Poetam Egregium.



A Ccepte sacris pieridum, chovis  
Doctiq; clare ò nomine Lampridi,  
Cui magna Phæbi, cui sororum  
Cuncta nouem manifesta sacra,  
Seute c uenti Calliope iubet  
Aequare Martis, prælia carmine,  
Regumq; magnorum, ductumq;  
Facta modis resonare magnis,  
Seute canoro molle inuauit melos  
Tractare pletho, siue per inuia  
Incedis, & nobis latentes  
Pindaricos aperis recessus.  
Dum primus alti viribus ingeni,  
Phæb q; sacris auspicijs nouos  
Ostendis, & primus latino  
Ire iubes pede dithyrambos,  
Seu tu vetustos Græciarhetoras  
Quos culta, cultum & quos Latium tulit,  
Scrutaris, expressos resersq;  
Floquijs vtriusq; linguæ.  
Rer inuè certam quæris originem,  
Cunctarum, & alta sidereas petis  
Longe relegatis tenebris  
Mente, domos, superumq; tecta,

Sen

22

Seu pectus imis duri penetralibus  
Formare doctæ vis sapientiæ,  
Moresq; componis, Platonis  
Ænula vel monumenta cudis.  
Quo Mantuanus nomine dux tibi  
Fedricus atq; pignora quolibet  
Maiora Natorum institutis  
Credidit erudienda sanctis.  
Vt culta ab istis moribus indole  
Felix alumnis Mantua talibus  
Latetur, & ceruice iustum  
Sentiât imperium, volenti  
Quid poscit à te, qui profugus modo  
Natale vertit, (Dijs placitum vt) solutus  
Cum fratre, dimissis Iulus  
Dijs patrijs, patrioq; celo,  
Qua flexuosus, sub iuga montium  
Dilapsus, alta & valle, Athesis, domus  
Late Tridentinas amœno  
Lambere deproperat fluente  
Hic te quid orat? quid? nisi, sit licet  
Fortasse dignus non satis, vt tamen  
Adscribi amicorum tuorum  
Ordinibus patiare chavis,  
Hoc non grauate, si potes (vt potes)  
Præstare nobis, hoc quoq; lenius  
Vt dura fortunæ feramus  
Præsliteris mala, luctuosa.


O D E A L I A .


**I**am iam cruentis desine, desine  
 Regina, telis, me miserum, tuis  
 Fortuna, confectumq; curis  
 Sollicitare animum malignis.  
 Ohè malocum iam satis, ò satis,  
 Iam luctuose tristitia, fugam  
 Sat iam ruinosam, grauesq;  
 Pertulimus sine fine casus:  
 Quid non relictis, triste penatibus  
 Vidi quid eheu, non miserabile?  
 Quos mentis astus? quam charybdim?  
 Anxius, innumeramq; acervos  
 Sensi dolorum: relinquere dum solum  
 Natale, sedes & profugus nouas  
 Adire magnorum seueris:  
 Cogere imperijs Deorum,  
 Nec lachrymantis coniugis oscula,  
 Non ferre siccis luminibus patris  
 Non matris amplexus moranteis:  
 Aut querulos monitus valerem:  
 Dilapsa rerum vidi ego commoda  
 Quæ dein meorum? quanta pericula?  
 Nostro quot atroces parari  
 Insidias capiti imminentes?  
 Damnosa doctis bella sororibus  
 Longoq; tranquilla otia cum metu

Mutare

Mutare & insueta cōactus  
 Arma manu, capere arma, mane,  
 Longisq; fessus consilijs, nouas  
 Vitare fraudes, & scelera, & dolos  
 Iam penè queis me hostis parabat  
 Precipitem dare fraudulentus.  
 Cui nulla apertis praelia viribus,  
 Non vlla forti bella placent manu,  
 Sed Marte cæco, sed latenti  
 Fallere, & opprimere est triumphus.  
 Qualis doloſe vincere geſtiens  
 Mille artifex vulpecula fraudibus  
 Aduerſus obſtantes latenter  
 Inſidioſa ruit, leones,  
 Qualisve ficto nequitias nimis  
 Cælare vultu, qui ſolet, vt malas  
 Artesq; fallaciq; manus  
 Ingenio ſcelus inde verſet.  
 O qui me ab iſtis incolumem dolis  
 Mentisq; tutum à perfidia male  
 Seruet: venenatiq; virus  
 Dimoueat procul oris atrum,  
 Quo non triſormis peſtiſerum magis  
 Monſtri venenum, non rabidæ canis,  
 Non Affricæ exuſtis harenis  
 Vipera quod pede preſſa, fudit,  
 Longe his ſolutus, degere amem via  
 Quo nulla diris ſeditionibus,

Nec scit scelesto, aut invidenti  
Aut odijs aditus malignis,  
Spretis beatus diuitijs satis  
Cecaq; habendi sollicitudine,  
Inter fatigatos recumbens  
Agricolas, operumq; fessos  
Ruris colonos, festaq; populo  
Vinētusve myrto tempora, quo fugax  
Gratum venientes lapillos  
Riuus agit trepidantis vnde,  
Vester camæna viuan ego iam lubens  
Vester camæna, iam moriar lubens,  
Nec sordidam vester, nec arctam  
Pauperiem sequar otiosus.





## AD MAXIMUM GRANDVM.


O Rnatissime iureconsulentum,  
Doctorum decus & recentiorum,  
Magnum Maxime, vix queam disertis,  
Quamquam precipue, & laboriosis  
Nostrum nunc, animis explicare verbis,  
Quem nuper lepida tua ex camæna,  
Atq; omni mihi clariore fama,  
In qua nil triuiale continetur,  
Cæpi, dum varias mei sodalis  
Landes hendecasyllabis recensens,  
Ipso hoc nomine gratiore nobis  
Quod doctis videam modis amici  
Tam chari modo nomen expositum,  
Quodq; hoc ingenuam tui nepotis  
Ad sacras vehet, indole camænas,  
Qui musas merito colens anitas,  
Censeri volet optimus poeta,  
Cui magnas animi dedere dotes,  
Cunctæ & pegasides bonam sorores  
Mentem moribus imbuerent sanctis  
Tâm mira probitate, quàm pudore,  
Ut possis patria hunc decus putare,  
Et magnos generi cito datum.

Auctos eloquio bono triumphos,  
Quae semper sibi sustinenda spes est,  
Ac tacito magis excitanda, quanto  
Maiorum fuerit bonum suorum,  
Nomen turpius insequi malignis  
Factis, degeneriq; mente sama,  
Insigni patris, atq; ani carere.

F I N I S.



P 213203



BIBLIOTECA  
COMUNALE  
TRENTO


T  
0  
op. g  
6

x-rite

colorchecker



MSCPPCC0613



mm

I

E

